

in negotio esse disjudicem, Domine meritū venerabilis & verè suscipiendo pater. Non enim instas[ quod pleriq, homines istius loci faciunt] ut, quodcunq,  
 \* Al. ad-  
mones  
subs.  
 231. sollicitus fueris, extorqueas: sed quod tibi à Judice tot curis obstricto peribile  
 visum fuerit, \* admones & rogas, subserviente verecundia, quæ maxima  
 difficultum inter bonos efficacia est. Proinde statim commendatis effectum  
 desiderii tribui: nam sperandi viam ante patefeceram.

Explicui tuos libros: [neg, enim tam languidi aut inertes erant, ut me  
 aliud, quam se, curare paterentur:] injecerunt manum, ereptumq, aliis selli-  
 citudinum causis, suis vinculis illigaverunt. Ita enim mihi Deus propitus  
 fit, ut ego anceps sum, quid in illis magis mirer, sacerdotii perfectionem, philo-  
 sophiae dogmata, historiæ plenam notitiam, an facundiæ plenam jucundita-  
 tem, quæ ita imperitos etiam illicere potest, ut, donec explicent, non desistant,  
 &, cùm explicaverint, adhuc requirant! Convicti namq, sunt impudenter  
 pertinaces, jam inde à bonis, quæ memorant, seculis, pro naturæ rerum obscu-  
 ritate contigisse pejora, falsosq, omnes illitis quadam dulcedine felicitatibus  
 suis, per quas, non ad beatitudinem, sed prærupta sunt ducti; hæc verò nostra  
 præcepta, & simplicis veri q, Dei mysteria, præter vitam perpetuam, quam  
 \*forse, in purissimis virtutibus pollicentur, etiam hæc secularia & necessariò, \* qui nati-  
 quæ nati sumus, eventura mitigare: & usus es validissimo exemplo recentis calamita-  
 tis; quo licet firmissimè caussam muniveris; tamen si utrumvis licuisset, id  
 tibi noluisse suffragari: sed quando orta inde fuerat convincendorum stul-  
 titia & querela, necesse erat inde argumenta veritatis accersere. Hæc interim  
 occupatus aliis curis, quæ, et si vanæ sunt, cùm rerum exitum cogitamus; ta-  
 men quasi necessariæ pro nascendi conditione; rescripsi. Si otium fuerit &  
 superstes vita, etiam de Italia rescribam, ut tantæ doctrinæ opus debitum, et si  
 non satisfacientibus, remuneretur officiis. In columem lœtamq, Sanctitatem  
 tuam Deus Omnipotens ævo largissimo tueatur, Domine meritò desiderabilis;  
 & verè suscipiendo pater..

## EPIST. LII.

Augustinus Macedonio, docens, nec Epicureos, nec Stoicos  
 rectè docuisse viam ad veram felicitatem: non enim es-  
 se virtutes; nisi relatas ad charitatem DEI & proximi,  
 quæ à Deo donatur, complectens omnes virtutes, nec  
 in hac vita contingere perfectam felicitatem; sed in-  
 futura.

\* Al. Chri-

sti fami- Augustinus Episcopus, famulus \* Christi, dilecto filio, Macedonio,  
 liaq, ejus,

dilecto fi-

lio, Mace-

donio, in

Domino S.

familiaq, ejus, in Domino S.

**Q**uamvis sapientiam, quam mihi tribuis in me non agnoscam; tan-  
 tæ tamen erga me benevolentiaz tuaz tamq, que sincerae gratias ago,  
 debeo.